



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 2. Residentiæ negotim a Cardinale Mantuano propositum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

§. II.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.*Residentiæ negotium a Cardinale Man-*  
*tuano propositum.*

Cum itaque de Canone septimo dispu-  
tatio vehementius fervesceret, Car-  
dinalis Mantuanus cujusdam Congre-  
gationis initio hanc in sententiam Præ-  
latos alloquebatur: „cum servandæ fi-  
„dei tempus advenerit, promissi execu-  
„tionem haud ultra differendam cen-  
„feo: duo autem sunt, quæ vobis pro-  
„ponenda veniunt, quorum primum  
„est, quod cum fuisset die undecima  
„Martii in conventu propositum, ut ex-  
„cogitaretur ratio, qua Episcopi ad re-  
„fidendum compellerentur, ac exinde  
„ingens utilitas in Ecclesiam redundare  
„crederetur, Patres ad alia, quam quæ  
„a Legatis fuere proposita, transitum  
„facientes disputassent, cujusnam juris  
„fusset præcepta residendi necessitas, quod  
„tamen proponere nunquam Legatis in  
„animo fuerat, hacque ex ratione præ-  
„fata quæstio dilata fuit ad tempus,  
„quo de Sacramento Ordinis ageretur: Sarpius l. 7.  
„nunc vero vos obtestor, ut decretum pag. 605.  
„vobis proponendum attente considere-  
„tis, cum id ad normam veterum Con-  
„ciliorum sit confectum, in quibus Epi-  
„scopi ad residendum præmiis allicie-  
„bantur, contumaces vero pœnis adi-  
„, geban-



Sæcul. XVI. „gebantur, cum ea agendi ratio magis  
A.C. 1562. „ad legis observantiam efficax, nec non

„magis remota videatur ab omni con-  
„tentione, atque aliunde id Cæsari, Re-  
„gique Catholico probaretur, imo e-  
„tiam vix dubitandum, quin non par-  
„ter a Franciæ Rege ratum haberetur,  
„eoquod Lansacus illius Orator, cuius  
„auctoritas ac prudentia satis cognita  
„est, declarasset, ipsi perinde esse, nu-  
„refidendi lex juris Divini, vel humani  
„esse definiretur, dummodo ea in ex-  
„cutionem deducatur: igitur decretum  
„vobis propositum prælegatur, Patrum  
„vero erit suum defuper proferre ju-  
„dicium. „

„Alterum vero, quod vobis propo-  
„nam, est, ut vos admoneam, quate-  
„nus præ oculis habeatis, vos esse lu-  
„cem mundi positam a Deo in monte,  
„& supra candelabrum Ecclesiæ, vos  
„ergo decet, ut sacræ Paginæ, Sancto-  
„rumque Patrum testimoniis discep-  
„tis, non autem ira commoti mutus  
„injuriis vos lacefatis; hac enim ra-  
„tione in sequentibus Patrum conven-  
„tibus pax & concordia procurabitur,  
„simulque memoria omnium acerbita-  
„tum, quæ plus justo in prioribus se-  
„fionibus audiebantur, obliterari pote-  
„rit. „ Absoluto hoc sermone ille, qui  
Synodo a secretis erat, Decretum præ-  
legit,



legit, postea autem actum est de Sacra- Sæcul. XVI.  
mento Ordinis. A. C. 1562.

## §. III.

*Hispaniae Regis monita ad Nationis  
suæ Episcopos.*

Cum autem Hispaniae Rex vereretur, Pallav. n. 7.  
ne Galli proxime adventantes ef- Sorp. p. 602.  
fræni libertate Pontificis auctoritatem & 603.

impugnarent, atque ad sua studia etiam quosdam Hispanici Regni Præfules pertraherent, hinc disertis verbis declarabat, quod suæ mentis esset, ut una omnes, junctis animis Sanctissimi Patris dignitatem tuerentur. Verum suspicio, quam Rex Catholicus adversus Franciæ Prælatos conceperat, valida ratione destituta videtur; quippe hi Præfules una ex parte adeo Sedis Apostolicæ obsequio addicti erant, ut nihil de illis, quæ ipsi jure debentur, eidem auferre præsumerent, ex altera autem parte tantopere eruditi erant, ut iniquis Papæ juribus favere abhorrent. (\*)

(\*) Sane hoc velamine omnes etiam hæretici iniquas suas vexationes, quibus Papæ auctoritatem aggrediebantur, tegere studuerunt, atque hodie dum Pseudo-Catholici se Pontificis obsequio esse addictos jactitant, cum tamen in eo nonnihi honoris & dignitatis Pri-

matum